

Sermo

Eodem die **Sermo xxxiii.**
V autem cum ieiunas
 unge caput tuum. et faciem tuam
 aqua lava. Medici corporales
 tribus modis mederi solent. scilicet restri-
 gendo vel relaxando. vel restauran-
 do. Ita et medicus animarum dominus
 ihesus christus triplicem nobis in euan-
 gelio medicinam apponit. **P**rimo
 ieiunium quod restringit fluxum con-
 cupiscentie carnalis. **S**ecundo elemosi-
 nam que relaxat cupiditatem rei tem-
 poralis. **T**ercio orationem que re-
 staurat perditionem boni spiritualis.
 Ieiunium est contra concupiscentiam
 carnis. Elemosina est contra concupi-
 scentiam oculorum. Oratio contra
 superbiam vite. unde beatus Leo pa-
 pa. Oratione propiciatio dei exquiritur
 ieiunio concupiscentia carnis extingui-
 tur. elemosinis peccata redimuntur.
 Hec triplex observantia omnium virtu-
 tum comprehendit effectus. hoc ad ymagi-
 nes et similitudinem dei perducit. Hec
 a spiritu sancto inseparabiles facit. quia
 in ieiunio permanet innocens vita.
 In elemosinis mens benigna. In ora-
 tionibus fides recta. Ieiunium or-
 dinat hominem ad seipsum ex existencia
 vis concupiscentis. Elemosina ordinat
 ad proximum ex compassione vis irasci-
 bilis. Oratio ordinat ad deum ex duo-
 tione vis rationalis. Ieiunium fit deo
 bono quod infra nos est. Elemosina deo
 bono quod circa nos est. Oratio de bo-
 no quod nos sumus. **vii. Crisostomus.** So-
 lam orationem quasi spirituale tributum
 anima offert deo de suis visceribus. Qua-
 lia vero debeant esse nostra ieiunia. ostendit
 dominus in autoritate proposita. De-
 bent enim esse deuota. munda et pia.

Tricesimus nonus

Deuota per pinguedinem spiritualis leti-
 cie. Munda per pietatem conscientie.
 Die per compassionem aliene miserie. **P**ri-
 mum notatur tibi. Tu autem cum ieiunas.
 unge caput tuum. scilicet mentem oleo deuoti-
 onis. ut gustans quod suavis est deus in
 ipsius dulcedine delecteris. **Bern-
 hardus.** Caput istud est mens interi-
 or. que tunc ungitur in ieiunio cum spi-
 ritualiter delectatur in eo. **A**n tibi no-
 tum videtur ut dicamus caput ungi iei-
 unio ego plus dico etiam impinguat
 nunquam ne legisti. ut aliat eos in fame.
Ergo ieiunium corporis unctio ca-
 pitis et carnis medicina. refectio cor-
 dis. quod omni dixerim unctio que etiam
 non medetur vulneribus. et exasperat
 conscientias lenit. **E**rat yprocrita ieiunio
 suo oleum peccatoris. ego meis non
 vendo. ieiunium ipsum mihi est oleum
 quo unguar. **U**nge quoque caput tuum.
 ne quid forte murmuris aut impacientie
 subeat non solum autem. sed et tu glo-
 risare in tribulationibus. absque tamen omni
 studi vanitatis. **U**bi nota quod quicumque
 plex est unctio. **P**ria est prudentie
 que unguuntur cathecumini oleo benedicto
 ante et retro. scilicet in pectore et inter scapu-
 las. ut non solum videatur presentia. sed etiam
 preterita et futura. **vii. Deutero. xxxij.**
Una sapienter et intelligeret. **et.**
Bernhardus. In his verbis tria vi-
 deo nobis commendari. scilicet sapientiam. in-
 telligentiam. providentiam. ut sapienter
 disponamus presentia. preterita
 recogitemus in amaritudine anime
 nostre. **I**n futura quoque solliciter promi-
 deremus. **S**ecunda est iusticie qua unguuntur
 baptisati a sacerdote crismate sacro
 in vertice eius. ut christiani dicantur.